

que acturus es semp cogita quid tibi inde possit accidere quod
 cū multi deriderēt et cedulam vellēt p̄tere . ait portate secure
 ad dūm vestrū quia bene valet p̄ciū Quod cū princeps acce-
 pisset litteris aureis in ostio sui palacij scribi fecit Post multū
 vero tempus quidā eius inimici cū barbaris suis ordinauerunt
 vt principem iugularet Qui cū per ostium intraret et scriptu-
 ram illam legeret eo q̄ legere sciebat . cepit tremere et pallere .
 Quo viso princeps eū capi fecit et minis et tormentis veritatē
 extorquēs sibi pep̄cit Sed actores scelerum interfecit per quod
 patet q̄ sit vtile finē pensare Vñ quidā ph̄s Quicquid agas
 prudenter agas et respice finē **¶ De rinocerone**
 qui despiciēbat senem **¶ Dialogus nonagesimulquartus . . .**



Rinoceron vt in h̄ritone habetur latine interpretatur in
 nare coruu Idem et rinoceros id est unicomis eo q̄ v-
 num coruu in media fronte habeat pedum quator ita
 acutū et validū q̄ vt quicquid sp̄t ierit aut vētilet aut per for-
 nā et cum elephantis certamen habet et in ventre vulneratos
 prostermit Tante autē fortitudinis est vt nulla venāciū virtu-
 te capiatur Sz sicut asserūt qui naturas animalū scripserunt
 virgo puella p̄ponitur q̄ veniēti sinū aperit in q̄ ille ōni ferita-
 te deposita caput ponit sicq̄ sopozatus velut inermis capitur
 vt dicit p̄i xij^o ethi Rinocero etiā vt dicit pap̄ est animal coruu
 in nare habēs Rinocero etiā vt dicit pap̄ ē fera indomite natu-
 re ita vt si capta fuerit teneri nullatenus possit . Hec propter

fortitudinem aut iuventutem senem videre non poterat Quis
 docuit senem intuebatur post ipsos sibilabat. vidēs ipsos cur-
 uatos alijs digito derisive demonstrabat Dum autem tempus
 pertransiret et ipse senex effectus esset ipsum iuuenes despicie-
 bant Ipse vero patienter sustinebat dicens **Q**ui desiderat
 senescere senes non debet despiciere In hoc apparet q̄ senes a
 iuuenibus non sunt despiciendi p̄mo magis sunt venerandi. De
 hoc preceptum habemus in leuitico xix.º coram cano capite cō-
 surge et honora personam senis Unde prima petri quinto A-
 dolescentes subditi estote senioribus Catho quoq̄ ait Cede lo-
 cum maioribus. Prout narrat valerius libro v. ca.º ij.º de alexā-
 dro qui precipuum honorem et amorem a militibus suis me-
 ruit clemencia. Unde ait de eo q̄ cum i nauali tempestate opp̄-
 lus senio iam cōfectum macedonem militem nimio frigore ob-
 stupefactum respexit ipse sedens in cede sublimi. statimq̄ de
 sede descendit et manibus suis ipsum militem iuxta ignem in
 sine sua impoluit: Item refert valerius q̄ quando ciconie se-
 nescant filij parentes suos in nido ponunt. et iuxta pectus su-
 um eos collocant. fouent: nutriunt et calefaciunt. Quod ecia
 agere debent homines rationem habentes circa seniores et pa-
 rentes Unde valerius libro quinto dicit q̄ dum quedam mu-
 lier nobilis ob quoddam flagitium fuisset carceri mancipata
 ut ibi fame deficeret filia sua nupta de licencia iudicis ipsam
 cotidie visitabat Præterea tamen diligenter perscrutabatur. ne q̄d
 sibi comestibile deferret. illa vero extracto ubere singulis die-
 bus de lacte proprio matrem alebat Tandem vero iudex pieta-
 te commotus matrem filie condonauit Simile per omnia re-
 fertur de quodam patre senis et grandæuo taliter a filia susten-
 tato Soli vultures parentes suos mori permittunt.

**¶ De ozice vel ozige qui nunq̄ infirmatur Dialogus nonagesi-
 mus quintus.**